UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Moralia

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

De Ei, inscripto foribus templi Delphici

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1372

Visual Library

ὥσπερ κάτοπτρον ἀπολεαίνει, καὶ ποιεῖ καθαρώτερον, οὐδὲν A
ἧττον ἢ τὰ κρούματα τῆς λύρας, οἷς ἐχρῶντο πρὸ τῶν ὕπνων
οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς ἐξεπάδον-
τες οὕτω καὶ θεραπεύοντες. τὰ γὰρ ὀσφραντὰ πολλάκις
μὲν τὴν αἴσθησιν ἀπολείπουσαν ἀνακαλεῖται, πολλάκις δὲ
πάλιν ἀμβλύνει καὶ κατηρεμίζει διαχεομένων ἐν τῷ σώ-
ματι τῶν ἀναλωμάτων ὑπὸ λειότητος· ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν
τὸν ὕπνον ἐγγίνεσθαι λέγουσιν ὅταν ἡ τῆς τροφῆς ἀναθυμία-
σις οἷον ἕρπουσα λείως περὶ τὰ σπλάγχνα, καὶ ψηλαφῶσα
ποιῇ τινα γαργαλισμόν. τῷ δὲ κῦφι χρῶνται καὶ πόματι
καὶ κράματι· πινόμενον γὰρ δοκεῖ τὰ ἐντὸς καθαίρειν, κοιλίας B
μαλακτικόν. ἄνευ δὲ τούτων, ῥητίνη μέν ἐστιν ἔργον ἡλίου καὶ
σμύρναν πρὸς τὴν σελήνην τῶν φυτῶν ἐκδακρυόντων, τῶν
δὲ τὸ κῦφι συντιθέντων ἔστιν ἃ νυκτὶ χαίρει μᾶλλον, ὥσπερ ὅσα
πνεύμασι ψυχροῖς καὶ σκιαῖς καὶ δρόσοις καὶ ὑγρότησι τρέ-
φεσθαι πέφυκεν. ἐπεὶ τὸ τῆς ἡμέρας φῶς ἓν μέν ἐστι καὶ ἁ-
πλοῦν (καὶ τὸν ἥλιον ὁ Πίνδαρος ὁρᾶσθαι φησὶν ἐρήμης δι'
αἰθέρος) ὁ δὲ νυκτερινὸς ἀὴρ κρᾶμα σύμμιγμα πολλῶν γέ-
γονε φώτων καὶ δυνάμεων, οἷον σπερμάτων εἰς ἓν ἀπὸ παντὸς ἄ-
στρου καταρρεόντων. εἰκότως οὖν ἐκεῖνα μὲν, ὡς ἁπλᾶ καὶ ἀφ'
ἡλίου τὴν γένεσιν ἔχοντα, δι' ἡμέρας, ταῦτα δὲ ὡς μικτὰ καὶ παν- C
τοδαπὰ ταῖς ποιότησιν, ἀρχομένης νυκτὸς ἐπιθυμιῶσιν.

A læuigat inſtar ſpeculi, purioremque reddit: non
minus id quidem efficaciter, quàm lyræ ſtrepitus,
quibus ante ſomnum Pythagorei vtebantur, bru-
tam motibuſque ſubitis obnoxiam animæ partem
ea ratione excantantes atque ſedantes. Odores e-
nim ſæpe ſenſum deficientem reuocant, ſæpe etiam
contra hebetant ac ſopiunt, diffuſis ob læuitatem
per corpus exhalationibus. ſicut medicorum non-
nulli ſomnum oboriri aiunt, quando alimenti va-
por veluti ſerpens leniter circum inteſtina & ea
contrectans titillationem quandam inducit. Kyphi
porro Ægyptiis etiam ad bibendum temperatur.
B potum enim videtur ob vim molliendi ſuam inte-
riora purgare. Præter hæc, reſina Solis eſt opus: &
myrrha lacryma eſt ad Lunam à ſtirpibus edita.
Eorum porro quæ in Kyphi componuntur, ſunt
quæ nocte magis gaudent, vt quæ ſpiritibus frigidis,
vmbris, rore, & humoribus aluntur. Nam diei lux
vna eſt & ſimplex: & Solem Pindarus cerni ait per
vacuum ætherem. Nocturnus autem aer mixtus
temperatuſque eſt è variis luminibus atque facul-
tatibus, quæ veluti ſemen in vnum ab omnibus
ſtellis confluunt. Ergo non abs re illa vt ſimplicia
& à Sole procreata interdiu: hæc vt mixta & o-
C mnigenis qualitatibus prædita, ineunte nocte ad-
olent. *

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

## Περὶ τοῦ ει τοῦ ἐν Δελφοῖς.

ΣΤΙΧΙΔΙΟΙΣ τισὶν οὐ φαύλως ἔ- D
χουσιν, ὦ φίλε Σαραπίων, ἐνέτυχον
πρῴην, ἃ Δικαίαρχος Εὐριπίδην
οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν,

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
Μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

χαρί-
ζεται μὲν γὰρ οὐδὲν ὁ διδοὺς ἀπ' ὀλίγων μικρὰ τοῖς πολ-
λὰ κεκτημένοις· ἀπιστούμενος δὲ ἀντὶ μηδενὸς διδόναι, κα-
κοηθείας καὶ ἀνελευθερίας προσλαμβάνει δόξαν. ἄρα
δὴ ὅσον ἐλευθεριότητι καὶ κάλλει τὰ χρηματικὰ δῶρα
λείπεται τῶν ἀπὸ λόγου καὶ σοφίας, καὶ διδόναι καλὸν ἐ- E
στι, καὶ διδόντας ἀνταιτεῖν ὅμοια παρὰ τῶν λαμβανόντων.
ἐγὼ γοῦν πρὸς σε, καὶ διὰ σὲ, τοῖς αὐτόθι φίλοις τῶν
Πυθικῶν λόγων ἐνίους, ὥσπερ ἀπαρχὰς ἀποστέλλων, ὁμο-
λογῶ προσδοκᾶν ἑτέρους καὶ πλείονας καὶ βελτίονας
παρ' ὑμῶν, ἅτε δὴ καὶ πόλει χρωμένων μεγάλῃ, καὶ
σχολῆς μᾶλλον ἐν βιβλίοις πολλοῖς καὶ παντοδαπαῖς
διατριβαῖς εὐπορούντων. ὁ δ' οὖν φίλος Ἀπόλλων
ἔοικε τὰς μὲν περὶ τὸν βίον ἀπορίας ἰᾶσθαι καὶ δια-
λύειν, θεμιστεύων τοῖς χρωμένοις, τὰς δὲ περὶ τὸν λόγον
αὐτὰς ἀνιέναι καὶ προβάλλειν τῷ φύσει φιλοσόφῳ, τῆς F
ψυχῆς ὄρεξιν ἐμποιῶν ἀγωγὸν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἄλ-
λοις τε πολλοῖς δῆλόν ἐστι καὶ τῇ περὶ τοῦ ΕΙ καθιερώ-
σει. τοῦτο γὰρ εἰκὸς οὐ κατὰ τύχην, οὐδ' οἷον ἀπὸ κλήρου τῶν
γραμμάτων, μόνον ἐν προεδρίᾳ παρὰ τῷ θεῷ γενέσθαι,

# PLVTARCHI

## DE EI, INSCRIPTO FO-ribus templi Delphici, commentatio.

D INCIDI nuper, mi Sarapio, in
verſiculos quoſdam nequaquã
inelegantes: quibus Dicæarchus
exiſtimat Archelaum fuiſſe ab
Euripide compellatum:

*Nolo tibi dare dona pauper diuiti:*
*Deſipere ne putes me, vel dando petere.*

Nullam enim gratiam init, qui de exiguis opibus
paruum aliquid multa poſſidenti dat: & cum fidem
non facit ſe gratis dare, in malitiæ ſimul ac illibera-
litatis venit ſuſpicionem. At enim, quando liberali-
E tate ac pulcritudine munera pecuniaria donis do-
ctrinæ & ſapientiæ multo ſunt inferiora: honeſtum
eſt cum dare hæc, tũ ab iis quibus dantur ſimilia re-
poſcere. Itaq; ego ad te, & propter te ad amicos iſt-
hic degentes Pythicis de rebus quoſdã commenta-
rios mittens, fateor alios me à vobis, & plures & me-
liores exſpectare. quippe cum & magna vos in vrbe
verſemini, & ocio inter multos libros atq; omnis ge-
neris diſputationes fruamini. Enimuero Apollo no-
ſter, vt apparet, cũ difficultates vitæ incidentes ſub-
leuet atq; diſſoluat edendis oraculorũ reſponſis, eas
quæ circa doctrinã ſunt, relinquit & proponit excu-
F tiendas ei animi facultati quæ ſtudio ſapientiam ſe-
ctatur, appetitũ ingenerans qui ad veritatẽ ducis lo-
co ſit. Id cũ aliis multis rebus manifeſtũ fit, tũ inſcri-
ptionis EI dedicatione. Conſentaneũ enim eſt eam
litteram non forte fortuna, neq; ſorte inter litteras
comparato ſolam à Deo principe in ſede collocatã,

ac donarii

ac donarij ſacri & ſpectaculi conditione ornatam fuiſſe. ſed eos, qui primi de hoc Deo philoſophati ſunt, aut Ei huius vim quandam peculiarem & inſignem perſpexiſſe, aut hac nota & teſſera ſeriæ alicuius rei vti voluiſſe. Qua de re quæſtionē cum ſæpenumero in ſchola propoſitam ſenſim declinādo euitauiſſem, nuper deprehēſus ſum à filijs cum hoſpitibus quibuſdam concertans, quos ſtatim Delphis abituros decorum nō erat pręterire, aut ſermonem detrectare illis aliquid omnino audire cupiētibus. Cum ergo apud templum conſediſſemus, & alia ipſe inquirere, alia ex iſtis interrogare cepiſſem: ipſe locus, ipſaque diſputatio eorum memoriam mihi renouauit, quæ quo tempore Nero apud Delphos eſt peregrinatus, eodem in loco eademque quæſtione oborta *Ammonium* diſſerere audiueramus. Iam primum omnibus *Ammonius* recte videbatur eò diei iſtius nomina accommodaſſe, vt non minus philoſophum eum quam vatem eſſe oſtenderet. ac docuiſſe, Pythium vocari ijs, qui diſcere incipiunt & percunctantur: Delium autem & Phaneum ijs, quibus iam aperitur & eluceſcit veritatis aliquid: Iſmenium ſcientibus: Leſchenorium, ijs qui iam vtuntur ac fruuntur ſcientia, ac inter ſe diſputant & philoſophantur. Quoniam autem philoſophiæ eſt inquirere, mirari, dubitare: aiebat non abs re pleraque de dijs occultata eſſe ænigmatis, rationemque aliquam & cauſæ explicationem deſiderare. verbi gratia, cur ad ignem ſempiternum de omnibus lignis ſola vratur abies, cur ſola laurus ſuffiatur, cur duæ ſint poſitæ Parcæ, cum vbique tres cenſeantur, cur nulli mulieri liceat ad cortinam accedere, quæ tripodis ratio, atque alia, quæ non plane brutis & dementibus ſubmiſſa, alliciunt eos, & ad conſiderandum, audiendumq; & diſſerendum aliquid de iis incitant. iſta quoque vide veſtibulo præſcripta, Noris teipſum, ac Ne quid nimis, quantas philoſophorum excitauerunt diſputationes, quantaque de ſingulis ſermonum multitudo tanquam è ſemine pullulauit. Ego autem præſentem quæſtionem fecunditate nulli iſtarum cedere exiſtimo. Hæc locuto Ammonio, Lamprias frater meus: *Atqui*, inquit, ratio quam nos adduci audiuimus ea de re, perbreuis eſt ac ſimplex. Dicunt enim ſapientes iſtos, qui à nonnullis ſophiſtæ appellantur, numero fuiſſe quinque, Chilonem, Thaletem, Solonem, Biantem, Pittacum. Poſtquam vero Cleobulus Lindiorum tyrannus, & Periander Corinthius, quanquam virtutis eſſent ſapientiæque expertes, potentia, amicis, officiiſque vim famæ fecerunt, & ſe in nomen ſapientum ingeſſerunt, itidemque vt quinque illi ſententias quaſdam & dicta emiſerunt ac per Græciam ſparſerunt: ibi tum quinque iſtos, qui moleſte hoc ferrent, arrogantiam quidem horum refellendum, aut de gloria palam inimicitias ſuſcipiendum, & contendendum cum præpotentibus viris non cenſuiſſe: ipſos autem huc conueniſſe, interque ſe collocutos, litteram eam, quæ & in ordine eſt quinta, & quinque numerum deſignat, dedicauiſſe, coram Deo proteſtatos ſe quinque numero eſſe, ac ſextum & ſeptimū vt nihil ad ſe pertinētes repudiaſſe & abdicaſſe. Quę non dici abs re, cognoſcere poteſt ſi quis audiat eos quibus templi cura eſt commiſſa. EI enim aureum illi Liuiæ Auguſtæ nominant, æreū Athenienſium,

A καὶ λαβεῖν ἀναθήματος τάξιν ἱεροῦ καὶ θεάματος· ἀλλ' ἢ δύναμιν αὐτοῦ καθιδόντας ἰδίαν καὶ περιττήν, ἢ συμβόλῳ χρωμένους πρὸς ἕτερόν τι τῶν ἀξίων σπουδῆς τοὺς ἐν ἀρχῇ περὶ τὸν θεὸν φιλοσοφήσαντας, οὕτως προέσθαι. πολλάκις οὖν ἄλλοτε τὸν λόγον ἐν τῇ σχολῇ προβαλλόμενον ἐκκλίνας ἀτρέμα καὶ παρελθών, ἔναγχος ὑπὸ τῶν υἱῶν ἐλήφθην ξένοις τισὶ συμφιλοτιμούμενος, οὓς αὐτόθεν ἐκ Δελφῶν ἀπαίρειν μέλλοντας, οὐκ ἦν εὐπρεπὲς παράγειν, οὐδὲ παραιτεῖσθαι, πάντως ἀκοῦσαί τι προθυμουμένους. ὡς οὖν καθίσας περὶ τὸν νεών, τὰ μὲν αὐτὸς ἠρξάμην ζητεῖν, τὰ δ' ἐκείνους ἐρωτᾶν, ὑπὸ τοῦ τόπου καὶ τῶν λό-
B γων αὐτῶν, ἃ πάλαι ποτὲ καθ' ὃν καιρὸν ἐπεδήμει Νέρων, ἠκούσαμεν Ἀμμωνίου καί τινων ἄλλων διεξιόντων, ἐνταῦθα τῆς αὐτῆς ἀπορίας ὁμοίως ἐμπεσούσης. ὅτι μὲν γὰρ οὐχ ἧττον ὁ θεὸς φιλόσοφος ἢ μάντις, ἐδόκει πᾶσιν ὀρθῶς πρὸς τοῦτο τῶν ὀνομάτων ἕκαστον Ἀμμώνιος τίθεσθαι, καὶ διδάσκειν ὡς Πύθιος μέν ἐστι τοῖς ἀρχομένοις μανθάνειν καὶ διαπυνθάνεσθαι· Δήλιος δὲ καὶ Φαναῖος, οἷς ἤδη τι δηλοῦται καὶ ὑποφαίνεται τῆς ἀληθείας· Ἰσμήνιος δέ, τοῖς ἔχουσι τὴν ἐπιστήμην καὶ λέσχην· ὅσιος δεῖ, ὅταν ἐνεργῶσι καὶ ἀπολαύωσι, χρώμενοι τῷ διαλέγεσθαι καὶ φιλοσοφεῖν πρὸς ἀλλήλους. ἐπεὶ δὲ τοῦ φιλοσοφεῖν ἔφη τὸ ζη-
C τεῖν, τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν, εἰκότως τὰ πολλὰ τῶν περὶ τὸν θεὸν ἔοικεν αἰνίγμασι κατακεκρύφθαι, καὶ λόγον τινὰ ποθοῦντα διὰ τί, καὶ διδασκαλίαν τῆς αἰτίας· οἷον ἐπὶ τοῦ πυρὸς τοῦ ἀθανάτου, τὸ χρῆσθαι μόνον αὐτόθι τῶν ξύλων ἐλάτῃ, καὶ δάφνην ἐπιθυμιᾶσθαι, καὶ τὸ δύο Μοίρας ἱδρῦσθαι, πανταχοῦ τριῶν νομιζομένων· καὶ τὸ μηδεμιᾷ γυναικὶ πρὸς τὸ χρηστήριον εἶναι προσελθεῖν, καὶ τὸ τοῦ τρίποδος, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τοῖς μὴ παντάπασιν ἀλόγοις καὶ ἀψύχοις ὑφειμένα δελεάζει καὶ παρακαλεῖ πρὸς τὸ σκοπεῖν τι καὶ ἀκούειν καὶ διαλέγεσθαι περὶ αὐτῶν. ὅρα δὲ καὶ ταυτὶ τὰ
D προγράμματα, τὸ Γνῶθι σαυτόν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν, ὅσας ζητήσεις κεκίνηκε φιλοσόφους, καὶ ὅσον λόγων πλῆθος ἀφ' ἑκάστου, καθάπερ ἀπὸ σπέρματος ἀναπέφυκεν· ὧν οὐδενὸς ἧττον οἶμαι γόνιμον λόγον εἶναι τὸ νῦν ζητούμενον. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Ἀμμωνίου, Λαμπρίας ὁ ἀδελφὸς εἶπεν, Καὶ μὴν ὃν ἡμεῖς ἀκηκόαμεν λόγον ἁπλοῦς τίς ἐστι καὶ κομιδῇ βραχύς. λέγουσι γὰρ ἐκείνους τοὺς σοφούς, ὑπ' ἐνίων δὲ σοφιστὰς προσαγορευθέντας, αὐτοὺς μὲν εἶναι πέντε, Χίλωνα καὶ Θαλῆν καὶ Σόλωνα καὶ Βίαντα καὶ Πιττακόν· ἐπεὶ δὲ Κλεόβουλος ὁ Λινδίων τύραννος, εἶτα Περίανδρος ὁ
E Κορίνθιος, οὐδὲν αὐτοῖς ἀρετῆς μετὸν οὐδὲ σοφίας, ἀλλὰ δυνάμει καὶ φίλοις καὶ χάριτι καταβιαζόμενοι τὴν δόξαν, ἐνέβαλον εἰς τοὔνομα τῶν σοφῶν, καί τινας γνώμας καὶ λόγους ἐξέπεμπον, καὶ διέσπειρεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τοῖς ὑπ' ἐκείνων λεγομένοις ὁμοίως, δυσχεράναντας ἄρα τοὺς ἄνδρας, ἐξελέγχειν μὲν οὐκ ἐθέλειν τὴν ἀλαζονείαν, οὐδὲ φανερῶς ὑπὲρ δόξης ἀπεχθάνεσθαι καὶ διαμάχεσθαι πρὸς ἀνθρώπους μέγα δυναμένους, ἐνταῦθα δὲ συνελθόντας αὐτοὺς καθ' ἑαυτούς, καὶ διαλεχθέντας ἀλλήλοις, ἀναθεῖναι τῶν γραμμάτων ὃ τῇ τε τάξει πέμπτον ἐστὶ καὶ τὸν ἀριθμὸν
F τὰ πέντε δηλοῖ· μαρτυρουμένους μὲν ὑπὲρ αὐτῶν πρὸς τὸν θεὸν ὅτι πέντε εἰσί, τὸν δὲ ἕβδομον καὶ τὸν ἕκτον ἀποποιουμένους καὶ ἀποβάλλοντας, ὡς οὐ προσήκοντας αὐτοῖς. ὅτι δὲ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα λέγεται, γνοίη τις ἂν ἀκούσας τῶν

περὶ τὸ ἱερόν, τὸ μὲν χρυσοῦν ΕΙ Λιβίας τῆς Καίσαρος γυναικὸς ὀνομαζόντων, τὸ δὲ χαλκοῦν, Ἀθηναίων·

τὸ δὲ πρῶτον καὶ παλαιότατον, τῇ δ' οὐσίᾳ ξύλινον, ἔτι νῦν τῶν σοφῶν καλοῦσιν, οὐχ ἑνός, ἀλλὰ κοινὸν ἀνάθημα πάντων γενόμενον. ὁ μὲν οὖν Ἀμμώνιος ἡσυχῇ διεμειδίασεν, ὑπονοήσας ἰδίᾳ τὸν Λαμπρίαν δόξῃ κεχρῆσθαι, πλάττεσθαι δὲ ἱστορίαν καὶ ἀκοὴν ἑτέρων πρὸς τὸ ἀνυπεύθυνον. ἕτερος δέ τις ἔφη τῶν παρόντων, ὡς ὅμοια ταῦτ' ἐστὶν οἷς πρῴην ὁ Χαλδαῖος ἐφλυάρει ξένος, ἑπτὰ μὲν εἶναι τὰ φωνὴν ἰδίαν ἀφιέντα τῶν γραμμάτων, ἑπτὰ δὲ τοὺς κίνησιν αὐτοτελῆ καὶ ἀσύνδετον ἐν οὐρανῷ κινουμένους ἀστέρας· εἶναι δὲ τῇ τάξει δεύτερον τὸ ΕΙ τῶν φωνηέντων ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ σελήνης τῶν πλανήτων. ἥλιον δὲ Ἀπόλλωνα τὸν αὐτόν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας Ἕλληνας νομίζειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν (ἔφη) παντάπασιν ἐκ πίνακος καὶ πυλαίας. ὁ δὲ Λαμπρίας ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἀφ' ἱεροῦ κινήσας ἐπὶ τὸν αὐτοῦ λόγον. ἃ μὲν γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν, οὐδεὶς ἐγίνωσκε Δελφῶν. τὴν δὲ κοινὴν καὶ περιηγητικὴν δόξαν εἰς τὸ μέσον προῆγον, οὔτε τὴν ὄψιν ἀξιοῦντες, οὔτε τὸν φθόγγον, ἀλλὰ τοὔνομα μόνον τοῦ γράμματος ἔχειν τι σύμβολον. ἔστι γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσι Δελφοί, καί τε προηγορῶν ἔλεγε Νίκανδρος ὁ ἱερεύς, σχῆμα καὶ μορφὴ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐντεύξεως, καὶ τάξιν ἡγεμονικὴν ἐν τοῖς ἐρωτήμασιν ἔχει τῶν χρωμένων ἑκάστοτε, καὶ διαπυνθανομένων εἰ νικήσουσιν, εἰ γαμήσουσιν, εἰ συμφέρει πλεῖν, εἰ γεωργεῖν, εἰ ἀποδημεῖν. τοῖς δὲ διαλεκτικοῖς χαίρειν ἔλεγε σοφὸς ὢν ὁ θεός, οὐδὲν οἰόμενος ἐκ τοῦ εἰ μορίου, καὶ τοῦ μετ' αὐτοῦ ἀξιώματος πρᾶγμα γίνεσθαι, πάσας τὰς ἐρωτήσεις ὑποτεταγμένας τούτῳ, καὶ νοεῖν ὡς πράγματα καὶ προσιέμενος. ἐπεὶ δὲ ἴδιον τὸ ἐρωτᾶν πρὸς μάντιν ἐστὶν ἡμῖν, καὶ τὸ εὔχεσθαι κοινὸν ὡς πρὸς θεόν, οὐχ ἧττον οἴονται τῆς πευστικῆς τὴν εὐκτικὴν τὸ γράμμα περιέχειν δύναμιν. εἰ γὰρ ὄφελον, φησὶν ἕκαστος τῶν εὐχομένων. καὶ Ἀρχίλοχος. Εἰ γὰρ ὡς ἐμοὶ γένοιτο χεῖρα Νεοβούλης θιγεῖν. καὶ τὸ εἴθε τὴν δευτέραν συλλαβὴν παρέλκεσθαι φησίν, οἷον τὸ Σώφρονος, ὅμα τέκνων θὴν ἐπιμένα· καὶ τὸ Ὁμηρικόν, Ὡς θὴν καὶ σὸν ἐγὼ λύσω μένος. ἐν δὲ τῷ ΕΙ τὸ εὐκτικὸν καὶ ἀποχρώντως δηλοῦσθαι. ταῦτα τοῦ Νικάνδρου διελθόντος, οἶσθα γὰρ δὴ Θέωνα τὸν ἑταῖρον, ἤρετο τὸν Ἀμμώνιον εἰ διαλεκτικῇ παρρησίας μέτεστιν οὕτω προπηλακισμένῃ· τοῦ δὲ Ἀμμωνίου λέγειν παρακελευομένου καὶ βοηθεῖν, Ἀλλ' ὅτι μὲν (ἔφη) διαλεκτικώτατος ὁ θεός ἐστιν, οἱ πολλοὶ τῶν χρησμῶν δηλοῦσιν. τοῦ γὰρ αὐτοῦ δήπουθέν ἐστι καὶ λύειν καὶ ποιεῖν ἀμφιβολίας. ἔτι δέ, ὥσπερ Πλάτων ἔλεγε, χρησμοῦ δοθέντος, ὅπως τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν διπλασιάσωσιν, ὃ τῆς ἄκρας ἕξεως περὶ γεωμετρίαν ἔργον ἐστίν, οὐ τοῦτο προστάττειν τὸν θεόν, ἀλλὰ καὶ γεωμετρεῖν διακελεύεσθαι τοῖς Ἕλλησιν· οὕτως ἄρα χρησμοὺς ἀμφιβόλους ἐκφέρων ὁ θεός, αὔξει καὶ συνίστησι διαλεκτικήν, ὡς ἀναγκαίαν τοῖς μέλλουσιν ὀρθῶς αὐτοῦ συνήσειν. ἐν δὲ διαλεκτικῇ δήπου μεγίστην ἔχει δύναμιν ὁ συναπτικὸς οὑτοσὶ σύνδεσμος, ἅτε δὴ τὸ λογικώτατον σχηματίζων ἀξίωμα. πῶς γὰρ οὐ τοιοῦτο τὸ συνημμένον, εἴ γε τῆς μὲν ὑπάρξεως τῶν πραγμάτων ἔχει καὶ τὰ θηρία γνῶσιν, ἀκολούθου δὲ θεωρίαν καὶ κρίσιν ἀνθρώπῳ μόνῳ παρέδωκεν ἡ φύσις. ὅτι γὰρ ἡμέρα ἐστὶ καὶ φῶς ἐστιν, αἰσθάνονται δή που καὶ λύκοι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες·

A igneum autem, antiquiſſimum ac primum omnium, hodieque ſapientum appellant, non ab vno, ſed communiter ab omnibus dedicatum. Ad hæc Ammonius placide ſubriſit, ſuſpicatus Lampriam peculiari quadam opinione duci, & ne eius rationem cogeretur reddere, fingere hiſtoriam ab alijs ſe audiuiſſe. *Alius* autem quidam de ijs qui vnà aderant, ſimile aiebat eſſe hoc nugis quas proxime Chaldæus hoſpes protuliſſet. Septem ſcilicet eſſe vocales litteras, ſeptem in cœlo ſtellas quæ ſuo proprio & primi cœli motui non alligato ferantur motu. E autem eſſe in ordine vocalium ſecundam ab initio, & Solem à Luna ſecundum: omnes autem fere B Græcos vno ore eundem cum *Apolline* Solem perhibere. Verùm iſthæc planè ſunt inepta & triuialia. Cæterum Lamprias non ſenſit ſe templi curatores commouiſſe aduerſus ſuam orationem. Quæ enim ipſe dixit, ea nemo Delphorum agnoſcit. Sed communem ij & interpretem opinionem in medium produxerunt, contendentes neque formam, neque ſonum, ſed ſolum nomen litteræ notare aliquid. Eſt enim, vt Delphi opinantur, & Nicander ſacerdos omnium nomine dixit, quaſi vehiculum & forma ſermonis quo Deum compellant homines, ſyllaba Ei, quod Latine Si dixeris, C principemque locum obtinet in interrogationibus: dum conſultores identidem quærunt ac ſciſcitantur, Si victoria ſint potituri, *S*i ducenda vxor, Si expediat nauigare, Si agriculturam exercere, Si peregrinari. Dialecticis autem valere iuſſis *A*pollo ſapiens Deus, qui ex particula Si & pronunciato ei adiuncto nullam cenſent confici rem, omnes interrogationes huic ſubiunctas particulæ pro rebus accipit & admittit. Quoniam autem nobis proprium eſt interrogare vatem, commune autem invocare vt Deum: exiſtimant litteram illam EI, ſiue SI, non minus optandi quam interrogandi ſignificationem D habere. Optantes enim dicimus, Si mihi contingeret. & Archilochus,

*--- Si mihi*
*Manum liceret Neobules tangere meæ.*

Et in ΕΙΘΕ poſteri ſyllaba THE locum implet, nihil ſignificat, vt & particula ΘΗΝ. Sed EI optandi vim habet ſufficientem. Hæc cum dixiſſet Nicander, Theo ſocius noſter, notus (opinor) tibi, ex Ammonio quæſiuit, libertaſne relicta eſſet dicendi dialecticæ, tanta affectæ iniuria. Et Ammonio dicere, opemque ei ferre iubente: At verò, inquit, artis huius peritiſſimum eſſe *A*pollinem, E pleraque oracula oſtendunt. eſt enim eiuſdem nimirum ſoluere & texere ambiguitatem. Iam ſicut Plato dicebat oraculo dato, quod aram Delphicam duplam prioris facere iuberet, (quod ſummæ eſt rerum geometricarum peritiæ opus) non de ara Deum fuiſſe locutum, ſed Græcis hoc modo mandauiſſe vt geometriæ darent operam: ita ſane ambigua edens oracula *A*pollo, auget commendatque dialecticam, qua ſcilicet opus habeant qui ipſum velint intelligere. In dialectica autem maximam vim habet coniunctio Si, eam componens enunciationem, quæ omnium maxime rationi humanæ congruit. Quidni enim? cum etiam F bruta rerum ſubſtantiæ habeant notitiam: conſiderationem autem & iudicium conſequentiæ ſoli homini natura dederit. Eſſe enim diem, eſſe lucem, ſentiunt nimirum & lupi, & canes, & aues.

quòd autem Si lux eſt, dies ſit, nullum excepto homine animal intelligit. ſolus enim homo antecedentis & conſequentis, & ſignificationis horum atque connexionis, mutuique reſpectus & diſcriminis notionem percipit, ex qua demonſtrationum principium petitur præcipuum. Quoniam autem philoſophia verſatur circa veritatem, lux veritatis eſt demonſtratio, huius principium eſt connexa oratio: convenienter ea particula, quæ vim habet hanc conficiendi & continendi, à ſapientibus hominibus ei Deo conſecrata fuit, qui maxime diligit veritatem. Vates ergo eſt Deus, ars circa futura fatidica ex præſentibus aut præteritis. Nullius enim rei vel ſine cauſa eſt ortus, vel ſine ratione prænotio. ſed cùm omnia præſentia præteritis, omnia futura præſentibus connexa ſint & alterum ex altero ſequatur progreſſu ab initio ad finem pertendente: is qui cauſas naturalibus rationibus perſpicere & inter ſe contexere poteſt, is nouit ac prædicit

*Quæ ſunt, quæ venient poſthac, quæ præterierunt.*

Et præclarè Homerus primo loco poſuit præſentia, deinde futura & præterita. Nam è connexi natura ducitur ratiocinatio: Si hoc eſt, iſtud præceſſit. & Si hoc eſt, iſtud fiet. Artificioſa enim, vt dixi, res eſt, & ab humana proficiſcitur ratione cognitio conſequentiæ. aſſumtionem autem ſenſus rationi præbet. Itaque etſi turpe videtur, tamen non verebor dicere, tripodem nihil eſſe aliud quàm rationem veritatis: quæ poſita eius quod eſt ad antecedens conſecutione, deinde aſſumens rem extantem, concluſionem demonſtrationis infert. Quid mirum autem, ſi *A*pollo, qui Muſica delectatur, & olorum cantu, citharæque ſono, ob amorem dialecticæ hanc particulam amplectitur & diligit, qua maxime & crebro vti videt philoſophos? Hercules autem, cum nondum ſoluiſſet Prometheum, neque cum Chirone & Atlante ſophiſtis collocutus fuiſſet, iuvenis etiamnum ac planè Bœotius, dialecticam abolens, & Si prius ac poſterius deridens, creditus eſt vi abſtuliſſe tripodem, & de arte cum Deo dimicaſſe. nam aucta quidem ætate, ipſe quoque & diuinationis & dialecticæ factus eſt peritiſſimus. Vt finem dicendi fecit Theo, Euſtrophus Athenienſis fuit, vt puto, qui ad nos dixit: Viden', quam alacriter Theo dialecticam tueatur, tantum non leonis indutus exuvium? ne nos quidem porrò, qui omnes in vna ſumma res, naturas, principia, diuinarum iuxta humanarumque rerum, numeris adſignamus, numerumque multo maxime omnium pulcrarum bonarumque rerum facimus principem ac dominum, quieſcere ſciens, ſed primitias charæ mathematices Deo offerre. quippe qui ſtatuamus Ei illud neque virium, neque formæ, neque ſignificationis gratia quicquam ab alijs differre litteris: ſed iudicemus hoc honore eximio ornatum eſſe, vt notam quinarij, cuius numeri magnum eſt in vniuerſam naturam ius. quem nos pemptada, & ab eo ſapientes pempazein numerare appellant. Hæc ille ad nos dicebat, non ioco, ſed quia tum mathematibus ego ardenti ſtudio animi incumbebam. fortaſſis etiam, vt verſans in Academia, vbique magni facturus vocem illam, Ne quid nimis. *A*d hæc itaque ego ſic reſpondi. Equidem dubitationē Euſtrophus optime numero ſoluit. Cum enim numerus in parem ac imparem diuidatur,

A ὅτι δ' εἰ ἡμέρα, φῶς ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο συνίησι, πλὴν ἄνθρωπος, ἡγουμένου καὶ λήγοντος, ἐμφάσεώς τε καὶ συναρτήσεως τούτων πρὸς ἄλληλα καὶ σχέσεως· καὶ διαφορᾶς μόνον ἔχων ἔννοιαν, ἐξ ὧν αἱ ἀποδείξεις τὴν κυριωτάτην ἀρχὴν λαμβάνουσιν. ἐπεὶ τοίνυν φιλοσοφία μὲν περὶ ἀλήθειάν ἐστιν· ἀληθείας δὲ φῶς ἀπόδειξις, ἀποδείξεως δ' ἀρχὴ τὸ συνημμένον, εἰκότως ἡ τοῦτο συνέχουσα καὶ ποιοῦσα δύναμις ὑπὸ σοφῶν ἀνδρῶν τῷ μάλιστα τὴν ἀλήθειαν ἠγαπηκότι θεῷ καθιερώθη, καὶ μάντις μὲν ὁ θεός, μαντικὴ δὲ τέχνη περὶ τὸ μέλλον, ἐκ τῶν παρόντων ἢ παρῳχημένων. B οὐδενὸς γὰρ οὐδ' ἀναίτιος ἡ γένεσις, οὔτ' ἄλογος ἡ πρόγνωσις· ἀλλ' ἐπεὶ πάντα τοῖς γεγονόσι τὰ γιγνόμενα, τά τε γενησόμενα τοῖς γιγνομένοις ἕπεται καὶ συνήρτηται, κατὰ διέξοδον ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος περαίνουσαν, ὁ τὰς αἰτίας εἰς ταυτὸ συνιδεῖν τε πρὸς ἄλληλα καὶ συμπλέκειν φυσικῶς ἐπιστάμενος, οἶδε καὶ προλέγει τά τε ὄντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. καὶ καλῶς Ὅμηρος πρῶτον ἔταξε τὰ παρόντα, εἶτα τὸ μέλλον καὶ τὸ παρῳχημένον. ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄντος ὁ συλλογισμὸς κατὰ τὴν τοῦ συνημμένου δύναμιν· ὡς, εἰ τόδ' ἐστὶ, τόδε προηγεῖται· καὶ πάλιν. εἰ τόδε C ἐστὶ, τόδε γενήσεται. τὸ γὰρ τεχνικὸν καὶ λογικὸν (ὥσπερ εἴρηται) γνῶσις ἀκολουθίας· τὴν δὲ πρόσληψιν ἡ αἴσθησις τῷ λόγῳ δίδωσιν. ὅθεν (εἰ καὶ αἰσχρὸν εἰπεῖν) οὐκ ἀποτρέψομαι τοῦτο εἶναι τὸν τῆς ἀληθείας τρίποδα τὸν λόγον, οὐ τὴν τοῦ λήγοντος πρὸς τὸ προηγούμενον ἀκολουθίαν θέμενος, εἶτα προσλαβὼν τὴν ὕπαρξιν, ἐπάγει τὸ συμπέρασμα τῆς ἀποδείξεως. τὸν οὖν Πύθιον, εἰ δὴ μουσικῇ τε ἥδεται, καὶ κύκνων φωναῖς καὶ κιθάρας ψόφοις, τί θαυμαστόν ἐστι διαλεκτικῆς φιλίᾳ τοῦτο ἀσπάζεσθαι τοῦ λόγου τὸ μέρος καὶ ἀγαπᾶν, ᾧ μάλιστα καὶ πλείστῳ προσχρωμέ- D νους ὁρᾷ τοὺς φιλοσόφους; ὁ δ' Ἡρακλῆς οὔπω τὸν Προμηθέα λελυκώς, οὐδὲ τοῖς περὶ τὸν Χείρωνα καὶ Ἄτλαντα σοφισταῖς διειλεγμένος, ἀλλὰ νέος ὢν καὶ κομιδῇ Βοιώτιος, ἀναιρῶν τὴν διαλεκτικὴν καὶ καταγελῶν τοῦ εἰ τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον ὑποστᾶν ἔδοξε βίᾳ τὸν τρίποδα καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς τέχνης. ἐπεὶ προϊών γε τῷ χρόνῳ καὶ οὗτος ἔοικε μαντικώτατος ὁμοῦ γενέσθαι καὶ διαλεκτικώτατος. παυσαμένου δὲ τοῦ Θέωνος, Εὔστροφον Ἀθηναῖον οἶμαι τὸν εἰπόντα εἶναι πρὸς ἡμᾶς, ὁρᾷς ὡς ἀμύνει τῇ διαλεκτικῇ Θέων προθύμως, μονονουχὶ τὴν λεοντῆν E ἐπενδυσάμενος, οὔπω οὐδ' ἡμᾶς τοὺς πάντα συλλήβδην πράγματα καὶ φύσεις καὶ ἀρχὰς θείων ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπείων ἐν ἀριθμῷ τιθεμένους, καὶ πολὺ μάλιστα τῶν καλῶν καὶ τιμίων, τοῦτον ἡγεμόνα ποιουμένους καὶ κύριον, εἰδὼς ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλ' ἀπάρξασθαι τῷ θεῷ τῆς φίλης μαθηματικῆς βουλομένους, αὐτὸ μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ μήτε δυνάμει, μήτε μορφῇ, μήτε τῷ ῥήματι τὸ ε τῶν ἄλλων στοιχείων διαφέρειν ἡγουμένους. ὡς δὲ μεγάλου πρὸς τὰ ὅλα κυρίου σημεῖον ἀριθμοῦ προτετιμῆσθαι τῆς πεμπάδος, ἀφ' οὗ τὸ ἀριθμεῖν οἱ σοφοὶ πεμπάζειν ὠνόμαζον. ταῦτα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἔλεγεν οὐ παί- F ζων ὁ Εὔστροφος, ἀλλ' ἐπεὶ τηνικαῦτα προσεκείμην τοῖς μαθήμασιν ἐμπαθῶς, τάχα δὲ μέλλων εἰς πάντα τιμήσειν τὸ μηδὲν ἄγαν, ἐν Ἀκαδημίᾳ γενόμενος εἶπον οὖν, κάλλιστα τὸν Εὔστροφον τῷ ἀριθμῷ λύειν τὴν ἀπορίαν. ἐπεὶ γὰρ (ἔφην) εἰς τὸ ἄρτιον νενεμημένου παντὸς ἀριθμοῦ καὶ τὸ περιττὸν,

ἡ μὲν μονὰς ἀμφοτέρων ἐπίκοινός ἐστι τῇ δυνάμει· διὸ καὶ προστιθεμένη τὸν μὲν περιττὸν ἀριθμὸν ἄρτιον ποιεῖ, τὸν δ' ἄρτιον περιττόν, ἀρχὴν δὲ τοῦ μὲν ἀρτίου τὰ δύο, τοῦ δὲ περιττοῦ τὰ τρία ποιοῦντα· τὰ δὲ πέντε γεννᾶται τούτων πρὸς ἀλλήλους μιγνυμένων· εἰκότως ἔσχηκε τιμήν, πρῶτος ἐκ πρώτων ἀποτελούμενος, καὶ γάμος ἀπωνόμασται τῇ τοῦ ἀρτίου πρὸς τὸ θῆλυ, περιττοῦ δ' αὖ πρὸς τὸ ἄρρεν ὁμοιότητι· ταῖς γὰρ εἰς ἴσα τομαῖς τῶν ἀριθμῶν, ὁ μὲν ἄρτιος πάντῃ διϊστάμενος ὑπολείπει τινὰ δεκτικὴν ἀρχὴν οἷον ἐν ἑαυτῷ καὶ χώραν, ἐν δὲ τῷ περιττῷ τὸ αὐτὸ παθόντι μέσον ἀεὶ περίεστι τῆς νεμήσεως γόνιμον, ᾗ γονιμώτερός ἐστι τοῦ ἑτέρου, καὶ μιγνύμενος ἀεὶ κρατεῖ, κρατεῖται δ' οὐδέποτε. ὁ γὰρ ἐξ ἀμφοῖν κατ' οὐδεμίαν μίξιν ἄρτιος, ἀλλὰ κατὰ πάσας περιττός. ἔστι δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἐπιβάλλων αὑτῷ καὶ συντιθέμενος, δείκνυσι τὴν διαφορὰν ἑκάτερος. ἄρτιος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀρτίῳ συνελθὼν περιττὸν παρέσχεν, οὐδ' ἐξέβη τὸ οἰκεῖον ὑπ' ἀσθενείας ἀπόγονος ὢν ἑτέρου καὶ ἀτελής· περιττοὶ δὲ μιγνύμενοι περιττοῖς, ἀρτίους πολλοὺς διὰ τὸ πάντῃ γόνιμον ἀποτελοῦσι. τὰς δ' ἄλλας οὐκ ἂν τις ἐν καιρῷ νῦν ἐπεξίοι δυνάμεις καὶ διαφορὰς τῶν ἀριθμῶν. ὡς οὖν ἄρρενος τοῦ πρώτου καὶ θήλεος ὁμοιότητι τὰ πέντε γενόμενα γάμον οἱ Πυθαγόρειοι προσεῖπον. ἔστι δ' ἡ καὶ φύσις λέλεκται τῷ περὶ αὐτὸν πολυπλασιασμῷ πάλιν εἰς ἑαυτὸν περαίνων. ὡς γὰρ ἡ φύσις λαβοῦσα πυρὸν ἐν σπέρματι καὶ χεαμένη, πολλὰ μὲν ἐν μέσῳ φύει σχήματα καὶ εἴδη, δι' ὧν ἐπὶ τέλος ἐξάγει τὸ ἔργον, ἐπὶ πᾶσι δὲ πυρὸν ἀνέδειξεν, ἀποδοῦσα τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ τέλει τοῦ παντός· οὕτω τῶν λοιπῶν ἀριθμῶν ὅταν αὖθις πολλαπλασιάζωσιν εἰς ἑτέρους, τελευτώντων τῇ αὐξήσει, μόνος ὁ τῶν πέντε καὶ ἓξ γενόμενος τοσαυτάκις αὑτοὺς ἀναφέρουσι καὶ ἀνασώζουσιν. ἑξάκις γὰρ τὸ ἕξ, τριακονταέξ, καὶ πεντάκις τὰ πέντε, εἰκοσιπέντε γίνεται. καὶ πάλιν ὁ μὲν τῶν ἓξ ἅπαξ τοῦτο ποιεῖ, καὶ μοναχῶς αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τετράγωνος γινόμενος· τῇ δὲ πεντάδι καὶ τοῦτο μὲν συμβέβηκε κατὰ πολυπλασιασμόν, ἰδίως δὲ τὸ κατὰ σύνθεσιν καθ' ἑαυτήν, ἢ δεκάδα ποιεῖ παρὰ μέρος ἐπιβαλλούσης αὐτῇ, καὶ τοῦτο γίνεσθαι μέχρι παντός, ἀπομιμουμένου τοῦ ἀριθμοῦ τὴν τὰ ὅλα διακοσμοῦσαν ἀρχήν. ὡς γὰρ ἐκείνην φυλάττουσαν ἐκ μὲν ἑαυτῆς τὸν κόσμον, ἐκ δὲ τοῦ κόσμου πάλιν ἀφ' ἑαυτὴν ἀποτελεῖν, πυρὸς ἀνταμείβεται πάντα, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος, καὶ πῦρ ἁπάντων ὥσπερ χρυσοῦ χρήματα, καὶ χρημάτων χρυσός· οὕτως ἡ τῆς πεντάδος πρὸς ἑαυτὴν σύνοδος οὐδὲν οὔτε ἀτελὲς οὔτε ἀλλότριον γεννᾶν πέφυκεν, ἀλλ' ὡρισμένας ἔχει μεταβολάς· ἢ γὰρ αὑτὴν ἢ τὴν δεκάδα γεννᾷ. τουτέστιν, ἢ τὸ οἰκεῖον ἢ τὸ τέλειον. ἐὰν οὖν ἔρηταί τις τί ταῦτα πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα, φήσομεν, οὐχὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Διόνυσον, ᾧ τῶν Δελφῶν οὐδὲν ἧττον ἢ τῷ Ἀπόλλωνι μέτεστιν. ἀκούομεν οὖν τῶν θεολόγων τὰ μὲν ἐν ποιήμασι, τὰ δ' ἄνευ μέτρου λεγόντων καὶ ὑμνούντων, ὡς ἄφθαρτος ὁ θεὸς καὶ ἀΐδιος πεφυκώς, ὑπὸ δή τινος εἱμαρμένης γνώμης καὶ λόγου μεταβολαῖς ἑαυτοῦ χρώμενος, ἄλλοτε μὲν εἰς πῦρ ἀνῆψε τῇ φύσει πάντα ὁμοιώσας πᾶσιν, ἄλλοτε δὲ παντοδαπὸς ἔν τε μορφαῖς καὶ ἐν πάθεσι καὶ δυνάμεσι διαφόροις γινόμενος, ὡς γίνεται νῦν κόσμος, ὀνομάζεται δὲ τῷ γνωριμωτάτῳ τῶν ὀνομάτων. κρυπτόμενοι δὲ τοὺς πολλοὺς οἱ σοφώτεροι, τὴν μὲν εἰς πῦρ μεταβολὴν Ἀπόλλωνά τε τῇ μονώσει, Φοῖβόν τε τῷ καθαρῷ καὶ ἀμιάντῳ καλοῦσι.

A vnitas facultate vtrique generi eſt communis: vt quæ pari addita imparem, impari adiecta parem conficiat numerum: principium autem paris numeri duo, ternio imparis ſtatuitur: Quinarius ex his duobus compoſitis conflatus, merito in honore eſt, vtpote primus ex primis confectus, nominaturque Matrimonium, ob paris cum femina, imparis cum mare ſimilitudinem. Quando enim numeri in æquas diuiduntur partes, par omnino diuulſus, principium quoddam capax in ſeipſo, ſpaciumque relinquit. impari diuiſo, ſemper medium reſtat gignendo aptum. itaque & fecundior pari B eſt, mixtuſque ſemper præualet, nunquam vincitur. nunquam enim par impari mixtus parem, ſemper imparem producit. immò autem vterque ſecum compoſitus, diſcrimen oſtendit. nunquam ſcilicet par pari adiunctus imparem procreat, neque ſuam mutare naturam poteſt, imbecillus & vi alium gignendi deſtitutus. impares, quia vſquequaque ſunt fecundi imparibus iuncti multos generant pares. Reliquas numerorum facultates ac differentias non eſt hic perſequendi locus. Proinde quinarium Pythagorei, ob ſimilitudinem congreſſus primorum maris & feminæ Coniugium appellauerunt. C Idem etiam natura dicitur, quod ſui multiplicatione in ſe redit. ſicvt enim natura triticum loco ſeminis accipiens, multas alterando eo mutandoque formas interim inducens, tandem triticum reddit, in fine totius mutationis principium reſtituens: ita cum reliqui numeri in ſeſe multiplicati, incremento facto in alios definant: ſoli quinarius & ſenio in ſe ducti, ſeipſos referunt & conſeruant. Sexies enim ſex, xxxvi ſunt: quinquies quinque, xxv. Verum ſenarius ſemel hoc facit, vnoque duntaxat modo ex ſeipſo quadratum producit. Sed quinarius præter hunc multiplicationis fructum, ſibi ipſi adiectus D denarium gignit: idque durat perpetuò. qua in re imitatur hic numerus principium illud, quod Vniuerſum temperat. Sicvt enim Heracletus ait eo ſeſe conſeruante ex ſeipſo mundum, ex mundo ſe refici, ignique omnium viciſſitudines effici, ex quo omnia fiant & in quem omnia redeant, quomodo ex auro fit pecunia, è pecunia aurum. ſic quinarij ea eſt natura, vt cum quinario congreſſus nihil imperfectum aut alienum poſſit procreare: ſed aut ſeſe, aut denarium: id eſt, vel ſuæ naturæ, vel perfectum numerum. Quod ſi quis interroget, quid hæc ad Apollinem attineant, reſpondebimus, E non ad hunc modo, ſed & ad Bacchum, qui non minori iure quam Apollo Delphorum ſibi partem vindicat. Audimus enim theologos partim carmine, partim libera oratione canentes atque tradentes, Deum interitus expertem atque æternum ſuapte natura, fatali quodam decreto ac ratione mutationibus ſui vtentem, alias in igneam naturam accendi, omniaque omnibus aſſimulare: alias in varias ſe omniſque generis formas induere, diverſiſque affectionibus & facultatibus obnoxium facere, idque fieri quod notiſſimo nomine mundus dicitur. Sapientiores autē iſthæc vulgus hominum celantes, F mutationē in ignem Apollinis, ob negationē multitudinis, & Phœbi ob puritatem nomine afficiunt.

Mutationem autem in ſpiritus, aquam, terram, ſidera, ſtirpes, atque animalia, eiuſque diſpoſitionem, divulſione quadam & in membra diſtractione per ambages proponunt: ipſum Deum Dionyſum, Zagreum, Nyctelium, & Iſodætam appellant. Interitus etiam quoſdam, & è medio ſublationes, mortes, rurſumque in vitam reditus, conſentanea dictis mutationibus ænigmata, agunt: canuntque Baccho dithyrambos, plena motuum animi & mutationum carmina cum vagis erroribus & circumcurſitatione coniunctarum. nam, vt Æſchylus ait, Promiſcui clamoris dithyrambum convenit comitari Baccho. *Apollini* autem canunt Pæanem, carmenque modeſtæ Camœnæ. *Atque* hunc ſemper iuvenem, & ſenectutis exſortem, illum multiplici forma, variaque ſpecie pingunt atque fingunt. denique *Apollini* tribuunt æqualitatem, ordinem, ſinceritatemque ſeriò conſtantem: Baccho admixtos iocos, & petulantiam, & furorem & inæqualitatem: Euium, in montibus inter mulieres verſantem ac currentem *Bacchum* væſanis honoribus invocantes: non inepte vtriuſque mutationis naturam contemplati. Quoniam autem circuitionum in mutationibus tempus æquale non eſt, ſed longius eius, quam Coron, id eſt ſatietatem vocant, brevius Chreſmoſynes, id eſt indigentiæ: proportionem hìc obſeruantes, reliquis anni partibus pæane ad ſacrificia vtentes, ineunte hyeme dithyrambum illo ſilere iuſſo excitant, ac per tres menſes *Bacchum* loco *Apollinis* invocant, tempus quo in ignem redigantur omnia triplum alterius eſſe cenſentes. Verum hæc prolixius quàm pro ratione temporis ſunt commemorata. Id quidem manifeſtum eſt, huic rei theologos quinarium accommodaſſe: quæ nunc ipſa ſeipſam gignit, vt ignis, nunc denarium conſtituit, nimirum mundum. Quid? Muſicam, quæ Deo illi gratiſſima eſt, cenſebimus quinario carere? Harmonica certe maxime vocum in concentibus (ſymphonias vocant) occupata eſt tractandis. at quinque non plures, neque pauciores, eſſe ſymphonias, ratio convincet, & refellet eum qui ſine ratione iſta ſenſu in fidibus aut fiſtularum foraminibus velit examinare. omnes enim proportione numerorum oriuntur. quæ eſt diateſſaron ſymphoniæ ſeſquitertia, diapente ſeſquipla, diapaſon dupla, diapaſon cum diapente tripla: diſdiapaſon quadrupla. quam enim his addunt harmonici diapaſon cum diateſſaron, ea recipienda non eſt, neque auribus eſt aliquid contra rationem, quæ legis vice eſt, gratificandum. Porrò vt quinque diſpoſitiones tetrachordorum omittam, vt taceam de quinque primis tonis ſiue modis ſiue harmonijs, quæ vocem intendunt ac remittunt, & maiorem minoremve faciunt, cum reliquæ grauitate aut acumine conſiderentur: non cum multa, adeoque innumera ſint intervalla, quinque tantum in cantilenis vſurpantur? dieſis inquam, ſemitonium, tonus, triſemitonium, ditonus? nullum aliud neque minus neque maius in vocibus intervallum grauitate & acie definitum in cantum venit? Multa id genus alia ego præteriens, Platonem producam, qui aut vnum mundum eſſe affirmauit, aut ſi præter eum alij ſint, omnino quinque numero eſſe mundos, non plures. Enimvero etſi vnicus mundus hic eſt, quod & Ariſtoteles ſenſit: tamen is quodammodo ex quinque compoſitus eſt & concinnatus mundis:

A τὴν δ' εἰς πνεύματα καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ φυτῶν ζῴων τε γενέσεις τροπὴν αὐτοῦ καὶ διακοσμήσεως, τὸ μὲν πάθημα καὶ τὴν μεταβολὴν διασπασμόν τινα καὶ διαμελισμὸν αἰνίττονται, Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα καὶ Νυκτέλιον καὶ Ἰσοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσι, δὲ φθοράς τινας καὶ ἀφανισμοὺς καὶ τὰς ἀποβιώσεις καὶ παλιγγενεσίας οἰκεῖα ταῖς εἰρημέναις μεταβολαῖς αἰνίγματα καὶ μυθεύματα περαίνουσι καὶ ᾄδουσι. τῷ μὲν διθυραμβικὰ μέλη παθῶν μεστὰ καὶ μεταβολῆς, πλάνην τινὰ καὶ διαφόρησιν ἐχούσης, (μιξοβόαν γὰρ Αἰσχύλος φησὶ) πρέπει διθύραμβον ὁμαρτεῖν σύγκοινον Διονύσῳ· τῷ δὲ παιᾶνα τε-
B ταγμένην, καὶ σώφρονα μοῦσαν, ἀγήρω τε τοῦτον ἀεὶ καὶ νέον, ἐκεῖνον δὲ πολυειδῆ καὶ πολύμορφον ἐν γραφαῖς καὶ πλάσμασι δημιουργοῦσι· καὶ ὅλως τῷ μὲν ὁμοιότητα καὶ τάξιν καὶ σπουδὴν ἄκρατον, τῷ δὲ μεμιγμένην τινὰ παιδιὰν καὶ ὕβριν καὶ σπουδὴν καὶ μανίαν προσφέροντες, εὔιον ὀρσιγύναικα μαινομέναις Διόνυσον ἀνθέοντα τιμαῖς ἀνακαλοῦσιν, οὐ φαύλως ἑκατέρας μεταβολῆς τὸ οἰκεῖον λαμβάνοντες. ἐπεὶ δ' οὐκ ἴσος ὁ τῶν περιόδων ἐν ταῖς μεταβολαῖς χρόνος, ἀλλὰ μείζων ὁ τῆς ἑτέρας, ἣν κόρον καλοῦσιν, ὁ δὲ τῆς χρησμοσύνης ἐλάττων, τὸ κατὰ λόγον τηροῦντες ἐν-
C ταῦθα, τὸν μὲν ἄλλον ἐνιαυτὸν παιᾶνι χρῶνται περὶ τὰς θυσίας, ἀρχομένου δὲ χειμῶνος ἐπεγείραντες τὸν διθύραμβον, τὸν δὲ παιᾶνα καταπαύσαντες, τρεῖς μῆνας ἀντ' ἐκείνου τοῦτον κατακαλοῦνται τὸν θεόν· ὅπερ τρία πρὸς ἕν, τοῦτον τὴν διακόσμησιν οἰόμενοι χρόνῳ πρὸς τὴν ἐκπύρωσιν εἶναι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανῶς καὶ ἔτι μᾶλλον ἀπομεμήκυνται. δῆλον δ' ὅτι συνοικειοῦσιν αὐτὸν οἱ τὴν πεντάδα νῦν μὲν αὐτὴν ἑαυτὴν ὡς τὸ πῦρ, αὖθις δὲ τὴν δεκάδα ποιοῦσαν ἐξ ἑαυτῆς, ὡς τὸν κόσμον λέγοντες. τῆς δὲ δὴ μάλιστα κεχαρισμένης τῷ θεῷ μουσικῆς οὐκ οἰόμεθα τούτῳ τῷ ἀριθμῷ μετεῖναι. τὸ γὰρ πλεῖστον,
